



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 22. Caput V. De Cultu & veneratione Sanctissim Eucharisti exhibenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

§. XXI.

Sæc. XVI.
A.C. 1551.

C A P U T IV.

De Transubstantiatione.

„Quoniam autem Christus Redemp- *Matth. 16.*
„tor noster Corpus suum id , quod *Luc. 22.*
„sub specie panis offerebat , vere esse *I. Cor. ix.*
„dixit; ideo persuasum semper in Ec-
„clesia Dei fuit, idque nunc denuo san-
„cta hæc Synodus declarat , per con-
„secrationem panis , & vini conversio-
„nem fieri totius substantiæ panis in
„substantiam Corporis Christi Domini
„nostrí , & totius Substantiæ vini in
„Substantiam Sanquinis ejus , quæ
„conversio convenienter , & proprie a
„Sancta Catholica Ecclesia Transsub-
„stantiatio est appellata.

§. XXII.

C A P U T V.

*De cultu & veneratione Sanctissimæ
Eucharistiæ exhibenda.*

„Nullus itaque dubitandi locus relin- *Psalm. 96.*
„quitur , quin omnes Christi fide- *& Hebr. 1.*
„les pro more in Catholica Ecclesia *ex hoc Ps.*
„semper recepto latræ cultum , qui *Matth. c. 2.*
„vero Deo debetur , huic Sanctissimo *& 28. Lut. c. 24.*
„Sacramento in veneratione exhibeant,
„neque enim ideo minus est adoran-
„dum , quod fuerit a Christo Dño.

C 5

„ut

Sæcul. XVI.

A C 1551.

„ut sumatur, institutum; nam illum
 „eundem Deum præsentem in eo ades-
 „se credimus, quem Pater æternus in-
 „troducens in orbem terrarum, dicit:
 „Et adorent eum omnes Angeli Dei, quem
 „Magi procidentes adoraverunt; quem
 „denique in Galilæa ab Apostolis ado-
 „ratum fuisse Scriptura testatur. De-
 „clarat præterea Sancta Synodus, pie
 „& religiose admodum in Dei Ecclesiam
 „inductum fuisse hunc morem, ut sin-
 „gulis annis, peculiari quodam, & fe-
 „sto die præcelsum hoc venerabile Sa-
 „cramentum singulari veneratione, ac
 „Solemnitate celebraretur, utpote in
 „Processionibus reverenter, & honori-
 „fice illud per vias, & loca publica cir-
 „cumferretur. Æquissimum est enim,
 „Sacros aliquos statutos esse dies, cum
 „Christiani omnes singulari, ac rara
 „quadam significatione gratos, & me-
 „mores testentur animos erga Commu-
 „nem Dominum, & Redemptorem pro-
 „tam ineffabili, & plane divino bene-
 „ficio, quo mortis ejus victoria, &
 „triumphus repræsentatur. Atque sic
 „quidem oportuit Victricem veritatem
 „de mendacio, & hæresi triumphum
 „agere, ut ejus adversarii in conspectu
 „tanti splendoris, & in tanta universæ
 „Ecclesiæ lætitia positi, vel debilitati,

,, &

„& fracti tabescant, vel pudore affecti, Sæcul. XVI.
„& confusi aliquando resipiscant. A.C. 1551.

§. XXIII.

C A P U T VI.

De consuetudine Eucharistiam asservandi, & ad infirmos deferendi.

„**C**onsuetudo asservandi in Sacrario *Concil. Later*
„*Sanctam Eucharistiam adeo anti-* ^{sub} *Innoc.*
„*qua est, ut eam sæculum etiam Nicœ.* *III. cap. 26.*
„*ni Concilii agnoverit. Porro deferri*
„*ipsam Sacram Eucharistiam ad infir-*
„*mōs, & hunc usum diligenter in Ec-*
„*clesiis conservari, præterquam quod*
„*cum summa æquitate, & ratione con-*
„*junctum est, tum multis in Conciliis*
„*præceptum invenitur, & vetustissimo*
„*Catholicæ Ecclesiæ more est observa-*
„*tum, quare Sancta hæc Synodus re-*
„*tinendum omnino salutarem hunc, &*
„*necessarium morem statuit.*

§. XXIV.

C A P U T VII.

*De Præparatione ad Eucharistiam
digne recipiendam necessaria.*

„**S**i non decet ad sacras ulla functiones quempiam accedere, nisi sancte; certe quo magis Sanctitas, & divinitas Cœlestis hujus Sacramenti
„viro